



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclusio XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

M V R N E R I .

in hæc tempora fecerunt sufficienter uisum est.

Actu. xxv. ita dicit diuus Paulus. Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet iudicari, Iudæis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignū morte aliquid feci, non recuso mori. Si uero nihil est eorū quæ ibi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem appello. O uos heretici & iniusti ciuitatum cōsules & Senatores, nos clerici & monachi una ad Cæsaris tribunal astamus, eius sententiæ subiecti, ibi utriq; dicit iudicandi, nihil uobis nocuimus, ut met ipsi bene nouistis. Si enim morte quid dignū egimus, mortē uoluntarie patiemur. Si aut omniū horū in nobis nulla est culpa, in quibus nos accusatis, quare ergo patimini nos depredari & nocere nobis uestros seditiosos in corporibus, bonis & honoribus. Appellamus cum diuo Paulo Cæsarem. Sed eius rei deus in cœlis cōmiserat soli, & mundo uniuerso notū est, quod hæc omnia in præiudicium & contemptū Cæsaris facitis, ita tumultuantes ne imperium suum in exordio firmare quæat, & pacem regno donare, repugnareq; non possit Theucro crucis Christi hosti & inimico, ita uos docent uestri fures prædicatores superiorib; & principib; uestris obedire. At spero deum e proximo Cæsari affuturū, ad opprimendā hanc uim uestrā & in enarrabilē iniustitiā, hocq; confidite, uester erit patiendi locus, quum uerit Cæsar, sicut noster iam adest nobis.

De mercede uero laborū religiosorū & oim manibus laborantiū Deut. xxiiij. habet. Non negabis mercedē indigentis & pauperis fratris tui siue aduenæ, qui tecū morat in terra, & intra portas tūas est, sed eadē die reddes ei precium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animā suam, ne clamet cōtra te ad dñm & reputetur tibi in peccatū. Quo ergo iure contra hoc diuinū ius non solū mercedē religiosorū reddere differtis, sed omnino aufertis, uos uideritis.

CONCLUSIO XV.

Famosus est qui religiosas edes expilauerit, effregerit, expu-

Vu

A C T A

gnauerit, quia lege iulia de ui publica tenet capite puniendus.  
 Septimi euangelici similes dicunt se nostra bona immobilia  
 domos & monasteria nostra expugnatione nostra possedisse.  
 De quo Leuit. vi. sic scribitur Et reddet omnia quae per frau-  
 dem uoluerit obtinere integra, & quintam insuper partem  
 domino cui damnum intulerat.

De omni quod destruit tibi obesse non potens, ut scilicet  
 sunt infringere uitra & fenestras, rumpere ianuas, dilacerare  
 libros, fornaces demoliri, uasa effundere, & eiusmodi sce-  
 lestorum & improbissimorum uiroꝝ clara facinora per euangeli-  
 cos nequos & nebulosus facta in ecclesijs domibus & monasterijs,  
 praecepit Moyses ex diuino ore Deu. xx. Nec potest bellantiũ  
 contra te augere numerũ &c. Hæc in quibus si hostibus facere non  
 licet, quare tuis ciuibus & liberis ex tuis lumbis genitis fieri li-

Neque interest si nullus factus sit concursus, nec (ceret,  
 quisque percussus, sed nihilominus aliquid captum est, nihilomi-  
 nus legi de ui priuata dinoscuntur obnoxij ff ad le. iul. de ui pri-  
 uata le. Nec interest. Et quicquid eo modo alienat, improbe possi-  
 det C. Vnde ui. Auctoritate in uer. improbe postulatis.

Ideoque si quis in tam uesana deciderit pertinacia, ut bonorum  
 rei publicae possessionem aut certe aliorum quorumlibet hominum  
 ante latam iudicariam sententiam ui detineret si bona sunt uim faci-  
 entis, debet & bona & possessionem restituere, & illorum bono-  
 rum dominium perdere. Sed si alienis bonis uim facit, non solum  
 bona restituere debet, sed & cum bonis æstimatione C. Vnde  
 ui. Si quis in tanta. Satis itaque hic dictum est de famoso facto &  
 ciuili ac poenali poena eorum qui uim faciunt.

CONCLUSIO XVI.

Famosus est qui concussione interueniente eiusmodi terro-  
 re absentis bona pro derelictis habet & aufert quia praeses re-  
 stitui iubet & delictum capitali iudicio coercet.

Octaui euangelici nequos, ubi timore ac seditione & tumultu  
 clerici uel monachi aufugerunt, omne quod remanserat  
 accipiebant